

& ex dato exteriori. *Ex quadrag. de christiana religione, tom. I. a pag. 33. col. 2. ad pag. 38. col. 1.*

Eiusdem, de proximorum dilectione, sermo; Primo: Omnes homines tenent diligere amore 1. vero; eis hominum quod amamus optantes: 2. iusto, minori bono, maius: & maiori, maximum, præponentes: 3. sancto, ad Dei gloriam illum ordinantes. Secundo. Specialiter in necessitatibus omnibus debemus subuenire 1. cum anima perit, nisi subueniamus auxilio, consilio, verbo factis; 2. dum corpus indiget, propriam substantiam, vitam, animam: 3. dum temporalis necessitas, tria eadem exigat. Tertio. Perfectus amor proximi tres habet gradus sc. 1. tradere & contemnere omnia temporalia bona propter quemlibet proximum: 2. omnem laborem pro illo sustinere & assumere: 3. pro salute animæ proximi, tradere vitam corporalem. *Ex quadrag. de Evangelio eterno, tom. 2. a pag. 464. col. 2. ad pag. 470. col. 2.*

Idem, sermone, quo inquitur quæ in bonis pugnantibus desiderantur. Primo: In illis ex veget, requirit, pectus latum, quod indicat robustum & fortem; caput erectum, quia indicat cordatum & securum; neruosa membra & non carnosa, quia nerui sunt fortiores carnibus; vocem virilem, vir enim effœminatus non est aptus ad pugnam; nec minutum in aliquo membro. Secundo. In spiritali pugnatore hæc desiderat, pectus latum, propter dilectionem charitatis; caput rectum, per considerationem deitatis; carnem duram, per perseverantiam stabilitatis; vocem virilem, per evitacionem curiositatis; corpus perfectum, per intentionem perfectionis. Hæc quinque in Evangelio notantur. *Ex quadrag. ante hæc non impresso tom. 3. a pag. 93. col. 1. ad pag. 94. col. 2.*

Eiusdem sermo, de amore lato per charitatem, qui triplex esse debet. Primus. Generalis comprehendens amicos, inimicos Paganos, Iudeos, Christianos, patrem, matrem, filios, &c. de-

bet autem esse verus, iustus, sanctus, operosus. Secundus. Cordialis, in quo septem requiruntur, concordia & vniõ proximorum; indulgere & parcere proximo; salutem proximi ex corde quærere; de proximi bono gaudere; defectus proximi cordialiter reprehendere, incorrigibilem patienter tolerare. Tertius. Specialis, quem habere debemus ad proximos nostros, eis in necessitate succurrendo, loquendo, signa dando siue salutando. *Ex quadrag. Seraphin. tom. 3. a pag. 211. col. 2. ad pag. 215. col. 2.*

S. CÆSARII ARELATENSIS homilia de eleemofyna, huic euangelio coaptada. Probat. I. eleemofynam peccata redimere. II. Deum vnde pauperes voluisse in hoc mundo, ut diuinitatem peccata expiantur, quod summum diuinæ misericordiæ videtur artificium. III. Hortatur eos, qui eleemofynam erogando facere præ inopia non possunt, ut ad aliud eleemofynarum genus, quod fit remittendo, & iniurias condonando, transeant, & toto corde suis inimicis indulgeant; ab hoc autem eleemofynæ exercitio nullus se excusare valet, de cordis enim thesauro, & bonæ voluntatis promptuario profertur. IV. Tertium docet genus eleemofynarum quod est spirituale, & fit cum aliis sicut nos ipsos diligimus, & pro cunctis preces fundimus. *Tom. 2. Bibl. Patr. Homil. 9. col. 590. & 591.*

Ibidem eiusdem homilia de diligendis inimicis, habetur apud D. Augustinum serm. 168. de Tempor. iisdem ferè verbis; quare videtur non esse D. August. velex D. Augustino à S. Cæsario collectam & desumptam esse. Require hic supra, sermone quinto D. Augustini. *tom. 2. Biblioth. Patr. homil. II. col. 594. & sequent.*

S. P. CHRYSOLOGII sermo de ieiunio & eleemofyna, ieiunium laudibus celebrat præclaris, & eleemofyna fructus & encomia prædicat. *Serm. 8 col. 19. & seq.*

Eiusdem sermo in illam euangelicam lectionis partem, *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram, &c.* Difficultatem